

## DE CONIUNCTIONIBVS ET

Veneris & Mercurij quadratus, quamquam raro contingat, subtilis magisterij artificem, & hominem clarum facit, aut alicuius magnæ disciplinæ magistrum, sed foeminarum aut mulierum causa infamem reddit.

Veneris quadratus ad Lunam, si Luna superiorem possederit locum, & Venerem in sinistro positam uiderit, maxima diuitiarum lucra, sed à foeminiis damna portendit, aut infamiam. At si Venus superior fuerit, maxima fœlicitate beat natum, prosperitate in rebus agendis uitam decorat, & facto uxoris amorem reddit inuictatum, filios largitur bonos, & plena leticiæ commoda, sermonis facundiam, gratiamq; sed adulteras matres, honestas, & morigeras natus sortietur uxores.

Mercurij & Lunæ quadratus, si Mercurius superior fuerit, sapientiæ ornamenti, facundiam, sed ex populari seditione discrimen quandoq; largitur, quem si male aspicerint stellæ infolices, & Luna ex oppsito Martem, aut Tetragono aspicerit, metuendum falsitatis crimen infligit, & comprehendit, aut in custodia ponit, aut in carceres detrudi publicos, in uinculisq; teneri facit. Si autem Luna superior fuerit, erunt instabiles, ita ut consilia animi sæpe peruerant.

## De oppositione Saturni, & aliorum;



Saturnus & Iupiter oppositi, exitia rerum agendarum multa decerunt, filiorumq; casus acerbos. Quod si Saturnus in Horoscopo sit, & Iupiter in occasu, post grauia iuuentutis incommoda, uitæ finis cum prosperitate succedit, & commodis.

Saturni & Martis oppositus, grauia periculorum discrimina, populares seditiones, & grauia uitæ pericula semper infligit, vulnera aut malæ mortis exitium saepe minatur, multas adducit sollicitudines, & malis facit contrarietatibus implici assiduis ægritudinibus, & grauibus implicat laboribus, & domesticarum inimicitorum decernit incommoda, crebras seditionum tempestates apportat, & patrem eius aut cita morte prosternit, aut grauibus implicat ægritudinibus. At si in aquosis signis alter horum fuerit, grauibus submersos procellis, naufragos reddit, aut maligno humore concreta pestis fortis infligit calamitates. Si autem de ducibus alter in ferino signo fuerit, à quadrupedibus, uel feris uitæ periculum afferet, aut ueneno occidet. Si autem in signo quadrupedum animalium alter eorum fuerit, non ferino, nam graui ruinae pondere perimet, quæ fortiora erunt, si Iupiter eos non aspicerit. Quod si Luna in cardinibus posita ex quadrato respexerit hos, hæc grauiora contingent. Exilia enim crebra minatur, & publica supplicia. At si in quinta, undecima, nona, uel tertia constituti, diametaliter se aspicerint, omnia prospere fœlicitis incrementa restringunt. Et hæc infortunia medio uitæ tempore conualescunt. Si uero in deiectis aut pigris locis constututi fuerint, minus nocebunt, sed dolores, & egestates adducent. Quæ omnia Iouis aut Veneris prosperis radiationibus mitigantur, aut ferè tolluntur.

Oppositus Saturni ad Solem, si Iupiter non bene aspicerit, aut nato aut patri laboriosæ uitæ pondus imponit, angustiasq; diurnas decernit, nonnullas aduersas ualestudes inducit, & malæ mortis exitium, substantiamq; dissipat, quæ grauiora erunt in nocte, & in foeminiis signis.

Diameter Saturni & Veneris, fornicatorem natum fore significat, & non daturum uxorem, quam si forte acceperit, aut degenerem, aut meretricem accipiet, aut infamem, & denegat omnem Venereæ gratiæ uenustatem.

Diameter Saturni & Mercurij, linguae & sermonis impedimenta decernit. At si alter eorum in signis mutis fuerit, mutos indicat fore natos.

Quod si Luna

cum